

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCIV. Voto subiungat tractationem seu explicationem textus, in qua proponat
verum & literalem textus sensum & genuinam eiusdem interpretationem,
eamque ex scopo, antecedentibus & consequentibus ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

Et quoad circumstantias convenienter, praesertim si dictum Scriptura citetur, in quod secunda persona habetur.

XCIV.

Voto subjungat tractationem seu explicationem textus, in qua proponat verum & literalem textus sensum & genuinam ejusdem interpretationem, eamque ex scopo, antecedentibus & consequentibus textus probet, & cum concordantibus locutionibus & phrasibus, seu locis parallelis, cum Similibus & exemplis convenientibus illustret.

Ἐξήγησις.

Votum siue precationunculam statim sequatur rei tractatio, quæ alias ἔξῃς αἰτίας, ἔξῃς γῆς, deductio seu expositio textus dicitur. Confirmationis vocabulū, quod hoc loco à quibusdam adhiberi solet, angustius est, quàm ut toti tractationi possit applicari. Est autē Tractatio Thematica propositi secundum partes, in partitione commemoratas juxta enarratio, eaq.

N n 2

ad auditoris edificationem directa, sive, ut alii definiunt; Est propositi thematis secundum partes commemoratas per argumenta textus (sive explicantia sint, sive probantia, sive illustrantia, sive amplificantia) deductio, & ad usus applicatio. Duabus ergo partibus absolvitur Tractatio; *Explicatione* scil. (qvæ & illustrationem includit) & *applicatione*; Hinc dicite *Rebhan* Conc. cap. VIII. Mon. I, p. 257 Confirmationem seu Tractationem duobus quasi cruribus incedere; αὐτοῦ scil. *textus*, & ὅπου *Locorum communium*; seu ὡς ὅπου καὶ ὡς ὡς *theoria & praxis*; sensu & usu; *explicatione & applicatione*. Nonnulli post Verum novum quoddam formant Exordium, eoq; mediante ad tractationem transeunt, sed illam præambulum cumulationem supra improbavimus. Alii tractationis initium faciunt à partitione, sed consultius est juxta *D. Hülsemannum & Carpzovium*, partitionem immediate ipsi Propositioni annectere, uti dictum Monit. XC. ut simul & semel auditor cognoscat, quid expectare & quò attentionem suam dirigere debeat. Observandum porro I. Aliorum interpretum non esse prorsus negligendas sententias, ubi verò varietas Interpretationum propositi textus occurrit, non longâ earum serie ac enarratione auditorum animos onerare debet Concionator, aut ambiguos relinquere, sed ex omnibus unam saltem sententiam, eamque communioem & tutiorem seligere, & debito modo probare & illustrare. Suspecta enim redditur Scriptura im-

peri.

peritis, quasi illa planè dubia sit, & instar gladii Delphici. nasi cerei, aut regulæ plumbeæ, quæ pro arbitrio hominum in quamvis figuram inflecti, & tam varios ac discrepantes sensus induere possit. Et aliàs inutile est, omnium, quia aliquid in Scripturam sunt commentati, cogitationes nosse, vel in medium proferre. Rectè *Carolus Regius* Orat. Christian. Lib. V. cap. 2. pag. 173. *Illud prudenter hic advertendum est, inquit, ubi inter Doctores opinionum varietas est, non esse ad extrema adhaerendum, sed mediâ incedendum viâ, & opinionionem amplectendam, quæ communior & tutior videatur. Nec operæ pretium est, varias Doctorum sententias pro suggestu referre, satis superq; est, si ea, quæ sunt certa, populus percipere & retinere valeat; Relinquatur Scholis examen diversarum opinionum inter Theologos. Sæpe super unum textum congeriem quandam interpretationum asseruit, ait D. Aegy. Hunnius in Meth. Conc. Col. 1030. Oper. & nihilominus vel ipsimet non possunt, aut certè non solent indicare, quam sententiam præ cæteris auditor sequi & reti-*

retineri debeat, quod sit, ut auditores n-
ter infinitam illam diversissimarum opi-
nionum varietatem fluctuent. Idem ten-
et Dn. D. Olearius Orat. S. Lib. I. cap. I.
pag. 7. inqviens; Praepostere agit Concio-
nator, quia auditores inani & jactabun-
da variarum opinionum enumeratione
confundit, cum potius certa sententia o-
stendenda & ex immotis Scripturae fun-
damentis confirmanda sit. Adversariorum
quidē interpretamenta adducenda ad id tan-
tum, ut confutentur. II Examen vocū Gram-
maticum, quod in Scholis & Academicis institui
solet, coram promiscuo populo, linguarum
Originalium imperito, aut prorsus omitten-
dum aut parce faciendum. Bene Rebban Con-
cion. cap. VIII. monit. XI. Accuratum, inquit
vorum & phrasas Scripturae, secundum fontes He-
braeos & Graecos examen domi quidem a Concio-
natore suscipiendum esse, supra monuimus, ut ipse sen-
sum rectē assequatur: in eade sacra vero coram vulgo,
earum linguarum ignaro, aut omittendum aut parce
instituendum. Interim tamē vocabula Emphatica
accuratē etiā pro suggestu exponi debēt III. Ob-
scuritas, si qua textū mūbret, quantum fieri potest
tollēda, & contraria, si quaedā visa iis, quae alibi do-
cet

et Scriptura, danda opera est, ut concilientur.
IV. Rerum in textu contentarum cognitionem
magnam partem ex contextus h. e. anteceden-
tium & consequentium sedulâ & accuratâ per-
lustratione pendere, supra diximus, hincque re-
perere non piget. Quantum enim in anteceden-
tium & consequentium cum textu collati-
one & ponderatione Interpretationis genuinæ
positum sit momentum, & quid ad superandas
non leves difficultates conferat, accurata eo-
rum scrutatio, B. Franzii ostendunt monita.

Tract. de Interpret. Scriptur. pag. 544. & in
præfatione pag. 8. seqq. ubi inter alia ait; *Usum*

*Linguarum Spiritus S. cum corpore re-
ctissime aliquis comparabit, & exerciti-
um contextuum, seu æstimationem ante-
cedentium & consequentium cum anima,
quæ est ἐν τῷ ὁρῶντι τοῦ σώματος.* Quan-

do vocabula varias vel contrarias significati-
ones recipiant, consideratio contextuum fa-
cillimum medicamentum adhibebit. Vide
ibidem in rem hanc plura notata digna. Inter-
rim tamen non dicimus, antecedentium &
consequentium considerationem esse unicum
medium ad omnia Scripturæ loca explicanda
sufficiens, sed concedimus, in quibusdam locis
hoc medium, in quibusdam fontium inspecti-
onem, in aliis dictis locorū Collationem plu-

rimum valere. V. Textum ipsum elegantius paraphrasi illustret Verbi Præco & latius eloquatur. Hæc ipsa verò paraphrasis sit perspicua & plana, nec nimis prolixa, præsertim quando textus per se satis clarus est, & nativâ luce fulget. VI. Cum tria contineat Tractatio 1. textus propositi *explicationem*, 2. *explicationis illustrationem* ac 3. necessariam textus explicati & illustrati ad usum *applicationem*. Textus integer est explicandus, ut clarè percipiatur ejus sensus. Evitenturque duo extrema; sterilis & jejuna, atque redundans & luxurians explicatio, utraqve enim in vicio posita est. Natura rerum hic modum statuit ac limites figit. Sunt enim alia, quæ fusiorem amplificationem desiderant, quia vel ampla ipsa sunt vel nodis plurimis implicata, alia rursus, quia sunt in se perspicua, aut minius diffusa, arctiori explanatione absolvuntur. Explicatio autem textus præter paraphrasin genuinam requirit per idonea argumenta, (quorum tamen non tam multitudinis, quàm ponderis ratio habenda est,) probationem & confirmationem. Argumenta autem hæc vel sunt textui intrinseca & *infitia*, vel aliunde *assumpta*. Illa probandi confirmandique ratio optima est, quando argumenta ex textu eruuntur, *Quia Conscientiæ*

unius spatium non admittit, (verba sunt B. Hulse-
manni Orator. Ecclesiast. cap. III. § 6.) ut
Concionator singula argumenta (insita & assumpta)
persequatur, praesertim quando thema compositum
sive integra questio, aut plures etiam quaestiones tex-
tui insunt, convenientius eum facturum (existimo)
qui loca argumentorum textui insita, tantum concio-
ne deduxerit, & singula argumenta dicta Scriptura,
exemplis & similibus confirmaverit. Confer eundem
cap. IX. § 5. Hulsemanno ad stipulatur B. Carpo-
vius Hodeget. membro I. aphor. V. § 2. inquires
**Primo illa argumenta, quae textui insita
sunt, investigari debent, & deinde per i-
psorum defectum de argumentis aliunde
assumendis dispici.** Idem quoque statuit
D. Mullerus, Theologus Rostoch. Orat. Eccles.
cap. II. § 9. scribens; Praestat, argumentis uni-
versis (insitis, seu ex textu erutis) si copia
suppetit. Quia verò raro fit, ut uni sacrae
Concionis textui omnia illa argumenta (ex-
pressa) insint, quae ad thematis probationem
ex rei naturâ requiruntur, idcirco ex aliis Scriptu-
rae locis assumere potest Concionator uberioris
vel illustrationis vel probationis ergo illa
praesertim argumenta, quae proximè ad textum
accedunt, & ex eo fluunt, vel fluere videntur,
aut implicitè in eo continentur. Rectè Erasmus

Na 5

Ada-

Adagiorum Chiliad. IV. Centur. V. pag. 933.
 Argumenta petat Concionator ex *divinorum*
voluntatum fontibus, non recipiat illa, quæ du-
 cuntur ex *Aristotele*, ex *Epistolis decreti alibus*, ex
placitis Scholasticorum, ex *glossematibus juris Pon-*
tificii Professorum &c. Argumenta verò extra-
 nea & aliunde, hoc est, ex aliis Scripturæ locis
 assumpta non sunt argumentis textui intrinse-
 cis immiscenda, nec in primâ acie ponenda, sed
 instar appendicis annectenda, & inter amplifi-
 catoria collocanda. Quicquid autem adduxerit
 Minister Verbi, sive domesticum fuerit, atque
 è textu desumptum, sive peregrinum, omne ta-
 men debet ad rationem textus esse conforma-
 tum. VII. Argumenta non sunt nullo dele-
 ctu velut in acervum congerenda; sed ordine
 quodam, velut in aciem producenda. Et cautè
 argumenta *probantia* ab *illustrantibus* & *am-*
plificantibus secernenda, ut quid in textu *pro-*
bet, quid *amplificet* ac *illustret*, non obsecrum
 sit in Concione, docente D. Carpozio loc. cit.
 Explicationem textus excipit iusto ordine Ex-
 plicationis illustratio & amplificatio per argu-
 menta *Tópica*, quam deinde sequitur explicatio
 & illustrati textus ad usum accommodatio, de
 quâ postea. Argumenta quoque tum expli-
 cantia, tum probantia in analytica textus enar-
 ratione

ratione eo ordine & modo collocentur, quo Spiritus S. ea proposuit, ita tamen ut materiae cognatae & quæ ad eandem scopum collimant, in textibus prolixioribus conjungantur, five in medio five ultimo versu aut voce textus positæ sint. Vide D. *Egid. Hunnium* in Method. Concion. pag. 17. *Hulsemanni* Orat. Eccles. cap. IV §. 4. Alii svident, ut ab infirmioribus argumentis procedatur ad firmissima. Quidam volunt, ut primo ac ultimo loco collocentur efficaciora infirmioribus, veluti gregariis militibus, in medium agmen conjectis. VIII. Monet D. *Christianus Chemnitius* Meth. Concion. sect. III. cap. 3. §. 4. ut singularum partium tractatio concludatur conveniente & nervoso aliquo dicto Biblico, ut Auditori addatur stimulus etiam reliqua audiendi, & in mente ejus relinqvatur quasi aculeus. *Confirmationi* subjici solet *Confutatio*, quæ licet non in omnibus Concionibus locum habeat, ut supra diximus, sæpe tamen pro ratione propositæ materiæ vel Auditorii, intermitti nequit. Est enim sæpe textus vel contra errores Adversariorum urgendus, vel ab eorundem falsâ & erroneâ interpretatione vindicandus *Explicandus nonnunquâ venit textus*, (inquit *Rebhan* Concion. cap. VIII. Mon. XVII. pag. 288.) quem ad-

versa